

quas tenent a communi Astæ in feudum. Et quod commune Alexandria debeat absolvere prædictos omnes milites, & homines ab omnibus bannis, & condemnationibus factis, vel datis prædictis militibus, & hominibus, vel alicui eorum tempore proxime præteritæ guerræ præsentis, & remittere, & remitti facere prædictis omnibus militibus, & hominibus, & aliquibus, seu alicui eorum communi, & hominibus Alexandria, & illis de sua parte tempore proxime præteritæ guerræ, & quod dictum commune Alexandria prædictis omnibus militibus, & hominibus, & cuilibet eorum dimittat suas terras, & possessiones, & res; & salvo quod commune Alexandria, si ei placuerit, possit, & debeat tenere, & habere cimas, & fortias dictorum castrorum, & turrium salvis proprietatibus, & possessionibus singularum personarum Astensium, si quas habent in prædictis locis, & territoriis.

XXXIII. Item pronunciamus, quod commune Alexandria de cetero dimittat &c. . . . Astensibus, 20 five communi de Asta infra scripta castra, & fortias, & villas, & loca &c. . . . quæ sunt ultra flumen Belbi versus Alianum, five ex ea parte dicti fluminis, ex qua est castrum Aliani, scilicet castrum & villam &c. . . . de S. Marzano, & castrum &c. . . . de Calozo, & castrum &c. . . . de Aliano, & castrum &c. . . . de Lanerio, & castrum &c. . . . de Viginti, & totum id, quod habet commune Alexandria in Castagnolis, & in comitatu Laureti, & castrum &c. . . . de Muasca, & totum id, quod 30 commune Alexandria tenet ultra Belbum ex ea parte, ex qua est prædictum castrum de Aliano a castro Viginti de versus Astam, exceptis prædictis castris, & burgo, & villa, & territoriis, & juribus de Canellis, & quod commune Astæ debeat absolvere (*sequitur ut numero antecedenti XXXII. p. 191. lin. 2. usque ad XXXIII. mutatis nominibus civitatum*).

XXXIV. Item quod castrum, & villam, & locus de Maxio sit, & esse debeat de cetero communis Astensis, & communis Alexandria pro medietate 40 pro indiviso, ita quod commune Astæ habeat medietatem, & quod commune Alexandria habeat aliam medietatem pro indiviso, & quod de dictis medietatibus datum, & cessionem faciant sibi ad invicem dicta communia; & quod commune Astæ debeat dare operam bona fide cum effectu, quod Episcopus Astensis debeat prædictum præceptum de Maxio confirmare, & ratum habere.

XXXV. Item quod prædicta communia non debeant facere, nec fieri facere aliquas fortias, seu fortitias 50 in dicto castro, five loco, & territorio, nec pati, five tolerare, quod fiant.

XXXVI. Item quod prædicta communia non debeant compellere prædictos homines de Maxio ad guerram, vel offensionem faciendam communi alterius civitatis, si prædicta communia, vel civitates guerram inter se haberent, quod Deus avertat, & quod homines de Maxio non debeant facere guerram alicui communi dictarum civitatum pro aliquo earum.

XXXVII. Item quod commune, & homines de Asta de cetero, & in perpetuum faciant ire, & redire stratum francam cum somis, & mercimoniis

omnibus a civitate Astensi ad civitatem Alexandria, & quod dabunt operam bona fide, quod prædicta strata vadat, & redeat a dicta civitate de Asta ad civitatem Alexandria, & quod faciat pro posse, quod strata illa ita vadat, & redeat, ut supradictum est, & quod nullo tempore faciant, vel dabunt operam in contrarium, & quod Astenses non debeant accipere pedagium in sua terra, & fortia ultra modum consuetum, & quod Alexandrini similiter non debeant accipere pedagium in sua terra, & fortia ultra modum consuetum.

XXXVIII. Item quod D. Jacobus Lanzavegia civis Alexandria debeat habere libras C. Astenses super somis de Asta, scilicet denarios XII. Astenses super qualibet soma hominum de Asta, quousque sibi satisfactum fuerit de prædictis libris C. Astensibus pro jure, quod habebat in castro, & loco de Bionis, de quo jure ipse D. Jacobus debet facere finem communi de Asta.

XXXIX. Item præcipimus Januensibus, & communi Januæ, quod debeant facere per se, & per homines sui districtus, & per suos coadjutores finem, & pacem, & perdonationem, & pactum de non petendo, & non agendo communi, & hominibus de Derthona, & ejus districtu, & coadjutoribus, & communi, & hominibus Alexandria, districtu, & coadjutoribus, & communi, & hominibus Albæ, districtu, & coadjutoribus de omnibus maleficiis &c. tempore præsentis guerræ proxime præteritæ usque ad tempus, quo tregua præcepta fuerit per D. Bocasium Bremam, & Guifredum de Pirovano Ambaxiatores communis Mediolani &c. Versa vice præcipimus communi Derthonæ, & communi Alexandria, & Communi Albæ, quod debeant per se, & per homines sui districtus, & per suos coadjutores facere finem &c. communi, & hominibus Januæ, & ejus districtu, & coadjutoribus in omnibus, & per omnia, ut supra.

XL. Item quod commune de Asta debeat facere per se, & per homines sui districtus, & per suos coadjutores finem, pacem, perdonationem communi, & hominibus Alexandria, districtui, & coadjutoribus, & communi, & hominibus Taurini, & coadjutoribus, & communi, & hominibus Derthonæ &c. Versa vice præcipimus communi Alexandria, & communi Derthonæ, & communi de Alba, & communi Taurini, quod debeant facere per se, & per homines sui districtus, & per suos coadjutores similem finem, pacem, &c. communi, & hominibus de Asta &c. & specialiter commune Alexandria debeat facere pacem &c. Uberto Sicco de Vignate & ejus consociis in omnibus, & per omnia, ut supra salvo eo, quod si aliqua dubietas, vel aliquod verbum ambiguum oriretur super prædictis, pertineat ad potestatem, & ad commune Mediolani, qui illam dubietatem &c. . . . possint, & debeant suo arbitrio interpretari, & exponere.

XLI. Item quod a tempore compromissi facti 60 infra per commune Astense in D. Bocasium Bremam, & Guifredum de Pirovano &c. quod prixonerii, qui sunt in civitate Alexandria, & in civitate Januæ Derthonæ Albæ Astæ